



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis**

**Ugolinus, Bartholomaeus**

**Venetijis, 1609**

Vers. Detinent.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

## Pontifici reseruatis,

gu:c>nullus. & c.nemo Episcopo-  
rum. i nq. 3. Postremo excipitur, quis con-  
ratus est hos capere, sed non potuit,  
nam neque hic in excommuni-  
cationem hanc incidet, cum quod  
verba cum effectu intelligenda  
sunt, argumenti. §. hæc verba st.  
quod quisque iu. & c. relatum de-  
cler. non resident. tum quod, vbi  
pœna infertur, ipso iure delictum  
consumatum requiritur, quo quis  
in eam incidat, ut tradidit Ioan.  
Andr. in cap. in pœnis. in mercur.  
libr. 6. quem sequitur Anchara. in  
Clem. multorum. num. 5. versic.  
Quinto. de pœn. Facit quoque  
quod dixit Zabar. in Clement. cu-  
pientes. §. fin. versic. Tertio qua-  
to. eod. vbi ait in eam excommu-  
nicationem clericos, religiososve  
non incidere, qui suadent cuiusq;  
re sepulturam eligat, si ipsam non  
eligar, ergo idem hic. Sed iam re-  
liqua prosequamur, cum illud ad  
diderimus, quæ de capiente eun-  
tem ad Sedem Apostolicam dixi-  
mus, & de capiente ab ea receden-  
tem dicta nos esse velle.

## Vers. Detinent.

- S V M M A.
- 1 Detinere quid significat.
  - 2 Detinentes, qui ad Apostolicam Sede  
eunt, in excommunicationem incidit,  
quæ excommunicatio, quousque pa-

## Pars Secunda.

237

- teat, declaratur.
- 3 Detinentes qui ad Apostolicam Sede  
eunt, quando in excommunicationem  
non incident.
- 4 Capiens, detinens, spolians, mitilans,  
interficiens euntem ad Apostolicam  
Sedem an in plures excommunicatio-  
nes incident.

**I**N hac parte excommunicatur  
Iob aliam causam offendentes  
eos, qui ad Sedem Apostolicam  
eunt, ab eave recedunt, vbi scilicet  
eos detinent, tuquam excommuni-  
cationem, vt dilucidiorum habeas  
mus, sciendum est, verbum hoc De-  
tinere, in duas sententias accipi pos-  
se. Primo, vbi quis aliquem captu-  
detinet. Secundo loco, vbi quis a-  
liquem moratur, seu impedit, iux-  
ta illud Terent. in Eunuch. Deti-  
neo te fortasse, & in Phor. Pol me  
detinuit morbus. Item sciendum  
est in re nostra in utramque senten-  
tiam accipi posse, vbi scilicet vel  
captum detinent, vel non captum  
dolo malo impediunt, vel morati-  
tur, nam ratio prohibitionis ea est,  
vt liber accessus sit ad Apostolicā  
Sedem, quæ libertas impeditur  
quacunque ratione dolo malo ve-  
nientem, quis moretur, vt per se  
patet. His præmissis, iam regulam  
instituto nostro ponamus.

- 1 In excommunicationem hanc  
igitur incidit, qui euntem ad Se-  
dem Apostolicam detinet, vel ca-  
ptum, vel non captum. Quæ ex-  
communicatio afficit, vel per se,  
vel

vel per alios eos detineat, ut habeatur in Bulla.

Item afficit excommunicatio hæc eos, qui ab alijs captos ipsi detinent, non enim Bulla distinguit, a quo capti sint, sed solum requirit, ut detineat, quod & in hoc locum habet.

Postremo afficit in omnibus casibus, quos in prioribus regulis censuimus: sed iam qui pœnâ hæc euadant explicemus.

3. Primum igitur † in hoc offendens in excommunicationem hanc non incidit in ijs casibus, in quibus in superioribus casibus offendentes non incidere diximus. Quare qui probabiliter ignorat hos ad Apostolicam Sedem accedere, in excocatione hanc non incidit ipsos detinens. Non itidem, ubi de iusu iudicis id facit, existimâs iudicem id facere posse, nam ius ius iudicis excusat. argum. l. furti. §. qui iusu. ff. de ijs, qui not. infam.

Postremo excipitur, ubi quis non dolo malo id facit, ut pote verbis blandis suavit, ne ad Apostolicam Sedem iret, ne litigaret, nam in hoc casu pœnam hanc eaudit. argum. l. fin. C. Si quis aliquem testari prohibuerit. Idem si ratione alia suavit hoc ei non expedire, ob eandem rationem. Ac quid si quis hæc faciat de consilio uniuscuiusdam, quid tunc iuris erit? Hoc absoluimus in prima parte hujus operis.

4. Quid itidem † si quis quempiā

ad Apostolicam Sedem euntē capiat, detineat, spoliet, mutilet, ac demum interficiat, an in vna, pluresve excommunications hic incidet? Planè si diuerso tempore hæc fiant, & non eodem impetu, in excommunications plures incidet, ex quo enim pro his singulis delictis excommunicatio lata est, & hic omnia commisit, in omnes excommunications incidet. Si vero uno impetu omnia hæc fecit, ubi unum delictum commisit in primis, ut aliud committeret, in vnam excommunicationem tamē incident, ut pote si capiat, ut spoliet, vel mutilet, vel interficiat, vel detineat, sic enim & qui vulnerat clericum ut interficiat, non in plures excommunications incidit, & quia vulneravit, & quia occidit, sed in unam tantum. Si vero ob plures causas, in plures incident, ut pote si cepit, ut spoliaret, mutilaret, & demum interficeret, nam pro his omnibus excommunicatione lata est. Quamuis si hæc non perficeret, una tantum excommunicatione obligaretur, quia cepit, alias vero, ubi non apparet, quamobrem id factum sit, in tot excommunications eum incidere céso, in quot capita huius Bullæ offendit. Primo, quia pro singulis excommunicatio lata est, ut habetur in Bulla. Deinde, quia plura sunt specie diuersa, & vnam sub alio non est, & ob id a separatis non fit illatio. argum. Papinianus exuli. ff. de minor.

Ter-



Tertio, quoniam vnum non sit ob aliud, quo casu diversa esse censetur, ut se sit Barto. in l. 1. in fine. ff. de ijs, qui not. infam. Quarto, quoniam ubi quis vnum facit, quod habet multas qualitates, pro quibus singulis poena est imposta, in tot excommunicationes incidit, quot sunt illae qualitates, ut disputauimus in Tractatu nostro de censuris, capitu. 16. §. 3. numer. 4. ergo multo magis in casu nostro dicenda haec sunt, ex quo facta diversa sunt. Postremo facit, quoniam si contrarium dicere mus, poena delicto non responde ret, nam in unam excommunicationem tantum incideret, qui delicta haec omnia committeret, sicut is, qui vnum tam, quod est absurdum. argumen. capit. 2. infra de ijs, quae fiunt a maior. part. cap. Concludo igitur hunc in plures excommunicationes incidence.

At quid si quis plures euntes ad Sedem Apostolicam capiat, an in tot excommunicationes incidet, quot erunt capti, uel spoliati? Ego concludo in tot excommunicationes hunc incidere, sicut de percutiente simul plures clericos conclusimus in eod. cap. 16. §. 3. nu. 8.

Quid itidem si quis capiat clericum ad Sedem Apostolicam eum, an in unam, duasve excōmunicationes incidet? Ego céso in duas excommunicationes huc incidere, in unam, quia clericus

est, ob capitu. si quis suadente dia bolo. 17. quæstion. 4. in alteram, quia ad Sedem Apostolicam ibat, ob Bullā hanc, & pertinent hue, quæ diximus in eod. capit. 16. §. 3. nume. 4. sed iam ad reliqua uenimus.

Vers. Necnon illos omnes, qui jurisdictionem ordinariam vel delegatam a nobis, vel nostris iudicibus non habentes, illam sibi temerè vindicantes similia contra morantes, in eadem curia audēt perpetrare.

S V M M A.

1 Morari in curia quinam dicantur quæ ad rem hanc.

2 Surpantes jurisdictionem contra morantes in curia in excommunicationem incident, quæ excommunicatione, quousque pateat, etiam declaratur.

**H**ic excommunicantur qui iurisdictionem neque a Romano Pontifice neque a suis indicibus habentes illam sibi temere vindicantes audēt similia, scilicet interficere, mutilare, spoliare, capere,

&